

*in corda inscriptum*, typis exscripta, ad quam Lectores remitto.

II. *Religionis fundamenta solida & inconcussa dari, defendendum est contra illos, qui cum Hobbesio non verentur dicere, semina religionis esse ignorantiam causarum secundarum, cultum eorum quaeruntur, acceptionem fortuitorum pro prognosticis, & metum spirituum, Leviath. Cap. XII. p. 57.*

III. Denique nec ferenda est opinio, quemque suo genio relinquendum, suum cuique Jus Naturæ legemque esse, id nempe quod ejus constitutio physica & politica requirat, quæ J. G. Wachteri sententia est, nec altera illa, *licere quod per potentiam nostram physicam vel politicam prestare possimus*, quod Hobbesiani inculcant.

PRÆNOTIONES SACRÆ

CONTRA

DEISTAS FANATICOS

CUSTODIENDÆ.

PRÆNOTIO I.

UT inter Naturalistas primum quasi dedecoris locum classemque obtinent illi, qui, impugnando ex rationis corruptæ dominatu DEI existentiam, essentiam, rerum omnium dependentem a Deo statum & religionis nativam indolem

H

dolem